



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

51. An sufficiat ad baptizandum moribundum una gutta aquæ? Ex p. 5. tr.  
3. res. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

providere animæ proximi ob conservandam propriam vitam, non affirmat D. Thom. nisi forte in casu, quo pactum intercessisset de non omittenda cura animæ proximi, etiam cum periculo propriae vite, sicut devinctus esset ratione pecunie acceptæ prospicere vitæ corporali proximi, etiam cum periculo amittendi propriam, qua ratione Parochos reddi obnoxios Sacramenta ministrare suis ovis cum periculo vitæ, præcipue, poenitentiae, cum ob id decimas & cætera percipiant emolumenta, censent DD. unde tenemur ob propriam vitam conservandam damnum spirituale proximo non inferre, non autem illud impedire, nisi intercedat conventio. Unde DD. indistinctè loquentes de obligatione diligendi vitam spirituales proximi, posthabita propria corporali, aberrant sanè, & quod ipsi nequaquam exequerentur, cæteros exequi obnoxios esse docent. Hæc Sancius.

3. Sed supradictæ sententiæ adversatur Ledesma in *Summa*, tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl. 1. §. ubi sic ait: [Acerca desto queda tota via difficultad si un niño se està muriendo, y con pecado original, si estará obligado un hombre particular à bautizarle, aunque probablemente tema que algun tirano le quitara la vida, y le matara porque le bautiza: la razon de dudar es, porque entonces aquel niño està en estrema necesidad espiritual. A esta duda se responde, que de lo dicho se convence, que estoy obligado à bautizarle no obstante el tal peligro. Antes parece que estoy mas obligado à focorrer al niño, que al adulto, que esta en estrema necesidad espiritual, porque el adulto tiene otro remedio, que es disponerle por sus propias obras, y no ay certidumbre, que aprouechara la correccion fraterna, como la ay, de que aprouechara el bautismo.] Sic ille, & Bañez in 2. 2. qu. 26. art. 2. & hæc sunt placita Doctorum.

RESOL. L.

Notabilia quadam circa materiam Baptismi. Ex p. 3. tract. 4. Resolut. 5.

§. 1. Queritur primò, an minima quantitas aquæ, ut gutta una, vel duæ sufficiant ad conficiendum Baptismum. Negativè respondet Zambranus in *decis. cas. occurr. temp. mor. c. 1. dub. 4.* qui citat Valentiam, Suarez, & alios. Idem docent Reginaldus tom. 2. lib. 27. c. 3. n. 15. Bonac. de *Sacrament. disp. 2. quæst. 2. punct. 3. num. 18.* & alij, sed affirmativam sententiam docet Henriquez lib. 2. cap. 21. num. 4. & post illam Valquez in 3. p. tom. 2. disp. 245. cap. 4. num. 32.

2. Dicendum est igitur illam quantitatem aquæ esse ad Baptismum sufficientem, quæ potest contingere corpus, & successivè fluere per partem corporis, quod facere potest exigua quantitas aquæ: unde rectè Paulus Comitulus in *resp. mor. lib. 1. q. 12.* & post illum Filliucius tom. 1. tr. 2. c. 2. n. 34. asserunt verum fuisse Baptismum, quem contulit quadam mulier moribundo infanti, baptizando illum signo crucis impresso in fronte, digito aqua madefacto.

3. Queritur secundò, an aqua ex sale resoluta sit sufficiens materia ad conferendum Baptismum. Negativè respondet Coninch. de *Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 2.* quia non videtur probabile ejusmodi aquam esse ejusdem speciei cum aqua naturali, & elementari, & consequenter non videtur probabile, quòd possit esse materia Baptismi. Ita ille, quod antea docuerat Angelus *ver. Baptismi 4. n. 3.* & Sylvester *eodem verbo 2. in fine.*

4. Sed affirmativam sententiam, & meritò docet Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 1. qui in *glossa litera F.* testatur de communi, quia sal efficitur ex aqua falsa; ut experimento constat, & docet Aristoteles 2. *meteor. c. 3.* Eandem sententiam docet etiam ex neoteris Antonius Fernandez in *exam. Theol. moral. part. 3. cap. 2. §. 4. num. 5.* ubi ita asserit: Idem de sale, atque nive, geluque dicendum arbitror; est enim essentialiter aqua maris gelata æstivo sole; ac proinde si liquefiat, apta erit materia ad abluendum, & baptizandum. Sic ille. Vide Tabienam *verb. baptis. 4. n. 8.* & Armillam *eodem verbo, num. 23.*

5. Queritur tertio, an aqua, quæ distillat ex vite, vel aliqua arbore, sit materia apta pro conficiendo Baptismo. Affirmativè respondet ex neoteris Joan. de la Cruz *direct. consc. part. 2. de Sacram. Baptismi, q. 1. dub. 1. concl. 2.* ubi sic asserit: Aqua ista debet esse simplex, & elementaris, etsi ex arbore, aut alio corpore, ut glacie resoluta. Ita ille, & alij, quos tacito nomine citat Coninch. de *Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 23.* in casu tamen extreme necessitatis, quia non omnino constat, an supradicta aqua expressa ab arboribus, seu plantis, aut herbis differat specie ab aqua naturali. Sed hanc opinionem ipse Coninch refellit, & communiter cum ipso multi DD. & ita docet Antonius Fernandez *ubi infra* Filliucius tom. 1. tract. 1. c. 2. n. 6. Henriquez lib. 2. c. 6. n. 2. Zanardus in *direct. confess. part. 1. de Sacramento Baptismi, n. 3.* Et ratio est, quia ille humor non est aqua, quamvis propter perspicuitatem, & similitudinem appelletur aqua, sed substantialiter succus est.

6. Notandum est tamen cum Antonio Fernandez in *exam. Theol. mor. part. 3. c. 11. §. 2. n. 3.* esse aquam sufficientem & elementarem pro efficiendo Baptismo illam, quæ colligitur ex vaporibus densatis, cum ex olla ore evaporantur, & in testaceo tegmento reperiuntur. Item quæ hyemali tempore ex parietibus lapidibusque fluit, nam vapores essentialiter aqua sunt; aqua verò è parietibus manans, aqua est, aère humido in aquam verso. Ita ille.

RESOL. LI.

An sufficiat ad baptizandum moribundum una gutta aquæ? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 5.

§. 1. Affirmativè respondeo cum Maratio in *Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. infra in Ref. §. 2. a. 1. medium, vers. Ioannes enim.* D. Thom. tom. 3. de *Sacramento Baptismi, disp. 2. sect. 4.* Ochagavia de *Sacram. tr. un. de Bapt. q. 4. n. 8.* ubi sic ait: Quares secundò quæ quantitas aquæ sit necessaria ad valorem Baptismi? Respondeo cum Panormitano & Innoc. IV. in *c. de bitum de Baptismo*, quamcumque guttam aquæ sufficere ad valorem. Probatur, quia quæcumque gutta aquæ satis est ut dicatur homo ablutus, & tinctus aqua; ergo qualibet gutta aquæ sufficit ad valorem Baptismi; debet tamen aqua per corpus, vel per aliquam partem ejus disfluere, aliàs non lavabit, neque enim immota aqua dicitur corpus lavari. Ita ille, & alij, quos ego alibi sum sequutus.

2. Sed licet hanc opinionem aliqui non admittant, ut Granadus de *Sacram. in 3. p. contr. 4. tr. 1. disp. 4. n. 12.* Gamacheus in *summ. Theol. tom. 3. in 3. part. q. 66. art. 7.* Moscosus in *summ. tract. 2. cap. 1. n. 4.* Layman lib. 5. tract. 2. cap. 3. n. 1. concl. 3. Zambranus de *Sacram. Baptismi, c. 1. dub. 4.* tamen tempore mortis posse cum gutta aquæ Baptismum ministrari concedunt, & ita docet Hurtadus

Sup. his infra in Ref. §. 3. cursum ad lin. 7. & in Ref. §. 4. lege §. penult. & ult.

Sup. his infra lege doctrinam Ref. §. 3. per totam. & Ref. & §§. omnium ejus annotationum.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. infra in Ref. §. 2. a. 1. medium, vers. Ioannes enim.

Alibi in Ref. annor. præterita:

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. infra in Ref. §. 2. a. 1. medium, vers. Ioannes enim.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. infra in Ref. §. 2. a. 1. medium, vers. Ioannes enim.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. infra in Ref. §. 2. a. 1. medium, vers. Ioannes enim.

duc de Sacram. Baptismi, disput. 1. diff. 6. & supponit Joannes Pæpofitus in 3. part. de Sacrament. quest. 66. art. 8. dub. 3. num. 93. quia ex opinione probabilis in tali administratione Sacramenti nulla ei fit injuria, & moribundo datur remedium eodem modo, quo dari potest, si, v.g. alia quantitas aqua non adesset.

## RESOL. LII.

An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio, si aqua est naturalis, puta, in jure carniun, lixivio, &c?

Et an hoc à fortiori procedat, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 1.

Sup. hoc in Ref. seq. lege doctrinā § Nec solus, & etiam §. ul. & in r. 3. tr. 1. x Ref. § 1. 2. & §. Imo plus.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, cum Jacobo Gradano de Sacram. in 3. p. contr. 4. tract. 1. disp. 3. dub. 2. ubi sic ait: In dubio autem an aliqua aqua sit naturalis, necne, non potest licitè adhiberi Sacramento, nisi in casu necessitatis, tunc enim sub conditione poterit conferri Baptismus, & iterum postea sub conditione poterit repeti, si baptizatus fuerit superfluit. Ita ille, & idem etiam docet Chapeavilla de Sacramento Baptismi, q. 15. Kellisonius in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. Bonacina de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 3. n. 9. Marchantius in resolution. pastoral. de Sacram. tract. 1. cap. 1. quest. 3. & tract. 2. cap. 1. punct. 1. post. cas. 6. Hurtadus de Sacram. Baptismi, disput. 1. diff. 2. Ludovicus de San Juan de Sacram. Baptismi, quest. 1. art. 2. diff. 2. concl. 1. Mercerus de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 4. Possveinus de Officio Curati, cap. 6. num. 5. & Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. Cui tandem adde Cabreram de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 4. quorum doctrinā à fortiori procedit, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles, tunc enim sub conditione Baptismus moribundo adhibendus est: ut, v.g. cum aqua ex sale resoluta, quam materiam aptam Baptismi esse tradit Ochagavia de Sacram. Baptismi, tract. un. quest. 3. num. 4. & Hurtadus de Sacram. Baptismi, diff. 2. disp. 1. contra Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 22. & in casibus similibus. Sed ex his oritur in particulari pulchra questio.

Sup. hoc supra in Ref. 50. §. Quæritur secundum.

## RESOL. LIII.

An moribundo, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressis sub conditione exterius, vel mentaliter apposita, si materia hac est idonea? Idem est dicendum de nive.

Et in dicto casu, non inventa aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, nec possit id examinari, an possit in tali casu moribundus sub conditione baptizari?

Et an in supra dictis casibus, veniente aqua elementari, vel sublato tamen periculo, baptizandus sit etiam sub conditione? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 2.

§. 1. **C**uriosum est dubium, (attendas questio amice Lector,) & negativè responderet Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 23. ubi sic ait. \* Liquores ex plantis, aut herbis expressi non sunt materia Baptismi. Aliqui tamen putant hos in extrema necessitate posse adhiberi, quia

\* Sup. his li quoribus infra prope si

non omnino constat an differant specie ab aqua naturali, idemque quibusdam videtur de nive, quæ non facile ausim approbare, quia Concilia requirunt aquam naturalem, qualis non videtur artificialis expressa e plantis. Ita ille. Et revera aquam rosaceam differre ab aqua naturali, patet ex D. Thom. in 3. part. q. 66. art. 4. ad 5. & omnibus Expositoribus ibi, Kellisonio Cabrera, Mercero Sylvio, Pefantio, & Nugno, quibus adde Vasquez in 3. part. tom. 2. disput. 141. cap. 1. num. 9. Ochagaviam de Sacram. tract. un. de Baptismo. §. Tertio. quest. 3. num. 5. Moscosum in summ. tract. 2. cap. 1. num. 3. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 4. difficult. 3. num. 2. Ledefnam in summ. tom. 1. de Sacram. Baptismi, c. 3. concl. 1. Ludovicum de San Juan in summ. de Baptismo, quest. 1. art. 2. dub. 1. concl. 2. Hurtadum de Sacram. tract. de Baptismo, difficult. 2. in fine. Reginaldum tom. 2. lib. 27. cap. 3. num. 11. Valentiam tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 2. Pecanum de Sacram. cap. 8. q. 2. conclus. 2. n. 2. Joannem de la Cruz in Director. conscient. part. 2. q. 1. de Baptismo, dub. 1. conclus. 2. Bizozcerum de Sacram. part. 2. cap. 2. num. 5. Zanardum in Director. Theolog. part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 3. Mutinum in Theologia mor. de Sacram. Baptismi. q. 3. conclus. 3. Zechium de Sacram. cap. 1. de Baptismo. Vegam in speculo Parochorum, part. 1. cap. 8. §. 4. num. 14. Molfesum in summa tom. 1. tract. 4. cap. 1. num. 33. Lorichium in Theatro Theol. ver. Sacramentum Baptismi, §. 4. in fine. Bonacinum de Sacram. disput. 2. q. 2. punct. 3. num. 2. Bartholomæum ab Angelis in exam. Confess. dial. 2. §. 82. Henric. lib. 2. cap. 6. num. 2. Fernandez de Heredia in disput. Theol. ad repet. textus in can. 1. de Consecr. distinct. 4. part. 3. dub. 1. num. 13. Fernandez de Moure in Medulla cas. conscient. part. 3. cap. 2. §. 2. num. 3. Michaelem Zambranum de casibus tempore mortis, cap. 1. de Baptismo, n. 2. Binsfeldium in Enchirid. Theolog. part. 1. cap. 4. §. 2. Homobonum in consulti. cas. conscient. tom. 2. resp. 3. Pitigianum in 4. sent. tom. 1. dist. 3. q. 3. art. 3. conclus. 2. Ragucium in lucerna Parochi de Sacram. Baptismi, q. 11. Yribane in 4. sent. tom. 1. dist. 10. sect. un. §. Quarto dico. Petro à sancto Joseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 2. §. hinc collige primò. Vallenem in Decret. lib. 3. tit. 92. num. 3. Possveinum de officio Curati, cap. 6. quest. 2. Marchantium in Candelab. Sacram. resol. 99. pastor. tract. 2. de Baptismo, cap. 1. cas. 3. Rodriguez in summa tom. 1. cap. 25. num. 1. Barbolam de officio Parochi, cap. 18. num. 43. Guilielmum Estium in 4. sentent. dist. 3. §. 7. Archangelum Rubeum de Sacram. disp. 3. §. aqua duplex. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 1. Granado in 3. part. D. Thom. contr. 4. tract. 1. disput. 3. num. 2. Alabardum in Tyrocino Sacram. de materia Baptismi, fol. 162. Philippum de la Cruz in su Norte de Confessores, tract. 10. §. 1. Petrum Milhaldum en la Guide des Curez part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 8. num. 4. Philippum Gamachæum in summa Theologica, tom. 3. q. 66. cap. 2. Joan. Baptistam Conradum in respons. cas. conscient. part. 2. q. 78. Carillum in itinerario Ordinandorum, sect. 3. cap. 2. num. 12. Victoriam in summa de Sacram. q. 12. Anglez in floribus, tom. 1. q. 1. de Baptismo, art. 2. conclus. 3. Antonium de Litteratis in summ. part. 1. cap. 6. num. 2. Vivaldum in Candelabro rit. de Baptismo, §. de materia, num. 3. Berarducium in summa Corona, part. 4. cap. 2. num. 4. Sotum in 4. dist. 3. q. un. art. 4. Martinum Funez in speculo morali. part. 2. c. 2. n. 1. & alios. Dicendum est igitur, nullam aquam, vel succum

nem huius §. à veri. dicendum, & in aliis eius not. & in Ref. 1. not. seq. in eodem §. 1. Sup. hac aqua rosacea in to. 3. re. r. Ref. 3. Tertio. postet. & lege etiã doctrinam §. Imo & in tom. 2. tr. 1. Ref. 207. §. Quarto igitur.